


ANACREONTIS LYRICI

H. E.

IN STROPHAS DISTINCTI

SPECIMEN POSTERIUS.

CUM

PROLUSIONE TERTIA IN EDITIONEM EJUSDEM
AESTHETICO-CRITICAM.

QUIBUS

AD

EXAMINA PUBLICA

IN

GYMNASIO REGIO ULMANO

A. D. XIX. XXII. SEPT. ET QUI SEQUENTUR DIEBUS PROXIMIS

RITE INSTITUENDA

INVITAT

FRIDERICUS DAVID GRAETER,

B. [illegible]

PHILOSOPHIAE DOCTOR EJUSDEMQUE IN GYMN. SUPERIORI PROFESSOR P. O. CIRCULI AD DANUBIUM
PAEDAGOGARCHA REGIUS, ET GYMNASII R. ULMANI RECTOR.
Societatum antiquitatis curiosorum, quae Berolini, Casellis, Norimbergae, Lipsiae, Vratislaviae, Hafniae in
Dania, et Reykiavigiae in Islandia florent, Sodalis,
Danophilon Societ. ad Danubium Praeses.

*

ULMAE
EX OFFICINA DANIELIS WAGNERI,
MDCCCXXIII.

Nec si quid olim lusit Anacreon,
Delevit aetas Spirat adhuc amor,
Vivuntque commissi calores
Aeoliae fidibus puellae.

Horat.

Non monotonice fluere carmina Anacreontis et eorum qui proxime eum ipsius vestigiis persecuti sunt, sed ut lyrici carminis est natura, omnino esse in strophas distincta, prolusione superiori per exempla docui viginti quinque, quorum quindecim, ut id oculis conspici posset, nullo prorsus ne levissimo quidem indigebant medicamine. Cetera decem ut stropharum ratio sibi constaret, unum quidem alterumve versum extrudi volebant, sed quos aut otiosos aut pulcri, quod vero maximi est momenti, sensui prorsus esse repugnantes, a nemine ingenuo harum rerum judice facile in dubium vocabitur.

At mirabilis est copia exemplorum, nec a me ipso exspectata. Viginti enim tria adhuc restant odaria, quorum recurrens melos auribus facile deprehenditur, uno excepto, quod *Aulus Gellius* nobis servavit in Noctibus, quas inscripsit, Atticis. Illud enim cum oculis creveris, prout primarum editionum id exemplaria exhibent, quippe quae scitissimas utriusque Gronovii, ut aliorum, adhuc ignorabant emendationes, dubius eris fortasse, stabulumne Augiae tibi in textu, ut vocant, graeco esse purgandum necne. Quamobrem istum quoque cum narratione Gellii ante omnia ex editione Coloniensi *) subjiciam sub aspectum et ante oculos proponam.

„Adolescens, inquit Gellius, e terra Asia de equestri loco, laetae indolis, moribusque et fortuna bene ornatus, et ad rem musicam facili ingenio ac libenti, coenam dabat amicis ac magistris in rusculo, celebrandae lucis annuae, quam sibi principem vitae habuerat. Venerat tum nobiscum ad eam coenam Antonius Julianus rhetor, docendis publice juvenibus magister, Hispano ore, florentisque homo facundiae, et rerum literarumque veternm, peritus. Is ubi eduliis finis et poculis, mox sermonibusque tempus

*) VIIIva quam editores Bipontini ignorant, 1557. 8. Libr. XIX. c. IX. p. 695—697.



fuit, desideravit exhiberi, quos habere eum adolescentem sciebat, scitissimos utriusque sexus, qui canerent voce, et qui psallerent. Ac posteaquam introducti pueri puellaeque sunt, jucundum in modum *ἀνακρεόντεια* pleraque et Sapphica, et Poetarum quoque recentium *ἐλεγεῖα* quaedam *ἐρωτικὰ* cecinerunt. Oblectati autem sumus praeter multa alia *Versiculis lepidissimis Anacreontis senis*, quos equidem scripsi, ut interea labor hic vigiliarum et inquies suavitate paulisper vocum atque modulorum acquiesceret:

Τὸν ἀργυρῦν τορευσας
ἡΦαιςέ μοι ποίησον
πονοπτίας μὲν ὑχί,
Τι γαρ μαχοισι κάμοί;
ποτήριον δὲ κοῖλον
ὅσον δυνὴ βαθυνον.
καὶ μὴ ποίει κατ' ἀυτὸ
μητε ἄςρα, μήτ' ἁμάξας
τί πλειάδων μέλλει μοι
τί δ' ἀςέρος βοωτέω,
ποίησον ἀμπελὺς μοι,
καὶ βότρυας κατ' ἀυτὸ,
καὶ χρυσέυς πατῦντας
ὁμῦ καλῶς λυαίῳ,
ἔρωτα καὶ βαθυνον.

Praeter dubium vitiose hic legitur v. 1. *ἀργυρῦν*, quod subjecto caret, pro *ἀργυρόν*. V. 3. *πονοπτίας*, quae prorsus nulla est vox graeca, pro *πακοπλίαν*. V. 4. *μαχοισι* debebat esse *μαχαισι*. V. 6. *δυνὴ* vero *δύνῃ*. V. 8. *μὴ τε* legendum *μήτ'*, *μήτ'* contra ante *ἁμαξας* ob aspiratam *μήθ'*. V. 9. *μέλλει*, quod sensu caret, est *μέλει*. V. 10. *βοωτέω* sit *βοώτεω*. V. 14. *καλῶς* insulse pro *καλῷ* et V. 15. denique *βάθυνον*, ut contextus id exigit, legendum *Βάθυλλον*.

At haec aperta scriptionis vitia ostendunt, codices, quibus impressa nititur editio, manuscriptos non ab adeo sollerti descriptore, nec aetate admodum remota esse exaratos. Ex quo sequitur, fieri potuisse etiam, ut librarius hic jejunas, et tam sensui pulcri quam odariorum ejusmodi, prorsus simplicium, genio repugnantes lectiones, quidquid glossas ipsas, textui forsan antea non insertas, primus intruderit. Certe si quid hujus

generis occurrat, scriptio potius judicetur suspecta quam existimetur, Anacreontem, illud sui aevi grande decus et posteritatis cujuscunque delicias, a vero aberrasse pulcri sensu.

Accedit, quod in altera parte hujus odarii, nimirum a versu septimo quam maxime variat lectio tam in Anthologia quam in Codice Vaticano, utraque multum differens a lectione manuscripti Gelliani Franequerani *). Additur enim in Codice Vaticano post versum 8.

Μη ϛυγνον Ωρίωνα

Versus autem 9 et 10. prorsus immutantur, non quidem in sententiis sed in verborum ordine et forma, hac ratione:

Τί πλειάδεσσι κἀμοί;
Τί δ' ἀϛρασιν Βοώτεω;

Anthologia contra duos hosce versus omittit, quinque sequentes

Ποιησον ἀμπελυς μοι,
Και βοτρυας κατ' αὐτο
Και χρυσεως πατευντας
Ὁμυ καλω Λυαιω
Ερωτα και Βαθυλλον

temere ut videtur in tres modo contrahens:

Ἀλλ' ἀμπελυς χλοωσας
Και βοτρυας γελωντας,
Συν τω καλω Λυαιω. **)

At quantum codex Anthologiae in defectu, tantum videtur codex Vaticanus collectionis Stephaninae peccare in excessu, si hoc vulgari communique sermone fas est uti. Inserit enim post versum 12.

Και βοτρυας κατ' αὐτο

et versum 14. (omisso 18) quinque Versus, ex tribus septem faciens, hac ratione:

Και Μαιναδας τρυγωσας
Ποιει δε ληνον ὀινον,
Και ληνοβατας πατευντας.

---

*) De quibus consule editionem Fischeri Lipsiae, 1776. 8. p. 45.
**) ibid. p. 45.



Και χρυσες τες Ερω̃τας,
Και Κυθεραν γελωσαν,
Ὁμε καλῳ Λυαιῳ
Ἐρω̃τα και Βαθυλλον.

Proh dii immortales! quantum rerum venerumque deorumque et dearum agmen! Ineptius, perversius, pugnantius etiam contra omnem Anacreontis genium, quippe qui sobria sua arte delineatorem potius quam pictorem agit, vix aliquid et ne vix quidem his potest excogitari additamentis.

Sed quid inde? Hoc opinor, quod versus variantes omnes quotquot sunt, res, ut in jure naturae loquimur, nullius esse putandos, ita quidem ut potestatem habeas, quidquid ex illis vel recipiendi vel rejiciendi, prout id necessitas metri tulerit vel lex pulcri sanique.

Nec vero ista quidem licentia nos uti erit necesse. Rejice tantum eos, qui variant, et habebis, quo totum odarium suis sit numeris definitum et absolutum. Egregie res succedet. Sex enim priores versus, quos Gellius exhibet, in utroque codice, h. e. Vaticano et Anthologiae, intacti relinquuntur, strophenque ἑξαστιχον juste circumscribunt, ex quo opinio existit, ceteros quoque versus, (quos in A. Gellii editione novem, ex quibus vero duo, 9 et 10. resecandi, in Anthologia deinde quinque, in codice Vaticano vero tredecim vides) in alterum esse redigendum ἑξαστιχον, quae quidem opinio, versui cuique in codicibus varianti, si unum addideris prorsus otiosum, ejecto, firma penitus invenietur et Stabilis. Otiosum enim esse versum 12:

Και βοτρυας κατ' αυτο

post

Ποιησον αμπελες μοι

unusquisque videt. Vineas enim sine racemis uvisque caelare, vix prudentis, ne dicam, sani esset caelatoris.

Quo uno autem dempto habes alterum hexastichon, comptum, bellum, Anacreonte dignissimum, in toto et partibus sibi prorsus consentaneum, sic sonans:

Και μη ποιει κατ' αυτο
Μητ' αστρα, μηθ' αμαξας.
Ποιησον αμπελες μοι,
Και χρυσεες πατεντας,

'Ομῃ καλῳ Λυαιῳ
'Ερωτα και Βαθυλλον.

Pari fere injuria affecerunt sive editores sive librarii illud odarium, quod teste Athenaeo *) Chamaeleon in libro de Sapphone in hanc ipsam factum ab Anacreonte perhibet. Quemadmodum enim partem odarii, de quo diximus, posteriorem versicolore materia differtam, ita in hoc priorem miro videmus modo disjectam, ne dicam dilaceratam. Foeda quippe hujus est carminis frons, quam in Reliquiis Anacreontis e sua recensione nobis praebuit Barnesius **):

Φερ' αἱρε με πορφυρεῃ
'Ενιβαλλων, χρυσοκομης
'Ερως, ἐν νεφελῃ
Ποικιλῃσι λαμβανων πτερυγεσσι
(Σα γαρ φιλτρ' ἐμον ἠτορ)
Συμπαιζειν προκαλειται.

nec fas est, talem amplius deformitatem transmittere ad posteros.

En veram faciem, in quam ut altera sequens stropha, et à librariis et à viris criticis pariter intacta, id exigebat, cel. Schweighaeuserus, ni fallor, versus istos redegit in suo Athenaeo:

Σφαιρῃ δευτε με πορφυρεῃ
Βαλλων χρυσοκομης 'Ερως
Τηνῃ, ποικιλα λαμβανων,
Συμπαιζειν προκαλειται.

Quibus monitis praeceptisque cunctari nolo, quin tibi, Lector Benevle, specimen quoque posterius Anacreontis mei in strophas distincti proponam.

*) Libr. XIII. c. 8. Sect. LXXII. ex edit. Schweighäuseri, Tom. V. Argent. 1805. p. 168. Confer Fabr. Bibl. graec. ed. Harles. p. 138.

**) Confer edit. Fischeri in Anacreontis Λειψανα, p. 274.



Anacreontis Lyrici h. e. in strophas distincti, *Specimen posterius.*

a.

Supplementa AD SECTIONEM PRIMAM.

vatis Teji Reliquiae testimoniis veterum ipsi vindicatae.

A.

Carmina dicola.

XIV.

Ad Sapphonem.

Servat. apud Athen. XIII. 8.

Carmen dicolon tetrastichon.

— — , — υ υ — , υ —
— — , — υ υ — , υ —
— — , — υ υ — , υ —
— — , — υ υ — , —.

1.

Σφαιρῃ δευτε με πορφυρεῃ
Βαλλων χρυσοκομης Ἔρως
Τηνῃ, ποικιλα λαμβανων, *)
Συμπαιζειν προκαλειται.

2.

Ἡδ', ἐςι γαρ ἀπ' εὐκτιτȣ
Λεσβȣ, την μὲν ἐμην κομην,
Λευκη γαρ, καταμεμφεται,
Προς δ' ἀλλον τινα χασκει.

---

*) Ex conj. Schweighaeuseri.

B.

Carmina monocola.

IX.

Carmen monocolon hexastichon.

Servat. ap. Aul. Gellium. L. XIX. c. 9.

1.

Τον ἀργυρον τορευσας,
Ἡφαιϛε, μοι ποιησον
Πανοπλιαν μεν ἐχι·
Τι γαρ μαχαισι κἀμοι;
Ποτηριον δε κοιλον,
Ὁσον δυνῃ, βαθυνας.

2.

Και μη ποιει κατ' αὐτο
Μητ' ἀϛρα, μηθ' ἀμαξας·
Ποιησον ἀμπελες μοι,
Και χρυσεες πατεντας,
Ὁμε καλῳ Λυαιῳ
Ἐρωτα και Βαθυλλον.

X.

Carmen monocolon hexastichon.

Servat. ex parte apud Hephaestionem, a quo v. 6 et 7, hic v. 5 et 6. laudantur et ap. Scholiast. ad Aristophanis Plutum.

1.

Ἐγω γερων μεν εἰμι,
Νεων πλεον δε πινω,
Κἀν δεησῃ με χορευειν,
Σκεπτρον ἐχω τον ἀσκον.
Ὁ μεν θελων μαχεσθαι,
(Παρεϛι γαρ) μαχεσθω.

2.

Ἐμοι κυπελλον, ὠ παι.
Μελιχρον οἰνον ἡδυν



Ἐγκερασας, Φορησον.
Ἐγω γερων μεν ειμι,
Σειληνον ἐν μεσοισι
Μιμεμενος χορευσω.

Supplementa

AD SECTIONEM SECUNDAM.

Carmina Anacreontis certe ingenio non indigna.

B. Monocola,

et quidem

a) ***Disticha.***

I.

Ad IV b.

ΕΙΣ ἙΑΥΤΟΝ.

(Rejecto versu altero: Ὁ δ' αὐ Φρυγων αὐλας.)

1.

Συ μεν λεγεις τα Θηβης,
Ἐγω δ' ἐμας ἁλωσεις.

2.

Οὐχ ἱππος ὠλεσεν με
Οὐ πεζος, οὐχι νηες·

3.

Σρατος δε καινος αλλος
Ἀπ' ὀμματων βαλων με.

II.

b. *Tristicha*

V. b.

(rejectis vers. 7 et 8.
Κραδιη δε ῥινος ἀχρις
'Ανεβαινε, και ἀπεσβην.)

υ υ —, υ —, υ —, —
υ

1.

Ὑακινθινη με ῥαβδῳ
Χαλεπος Ἐρως ῥαπιζων
Ἐκελευε συντροχαζειν.

2.

Δια δ' ὀξεων μ' ἀναυρων
Ξυλοχων τε και Φαραγγων
Τροχαοντα τειρεν ἱδρως.

3.

Ὁ δ' Ἐρως — μετωπα σειων
Ἁπαλοις πτεροισιν, εἰπε·
Συ γαρ οὐ δυνῃ Φιλησαι.

III.

c. *Tetrasticha.*

XII. b.

Carmen monocolon tetrastichon et tetrastrophon.
Rejectis versibus 9 et 14.

'Απο μηδενος τι βλαπτων
et Λιγυρην δ' ἐδωκεν οἱμην
quippe qui uterque mera esse videtur glossa.

1.

Μακαριζομεν σε, τεττιξ,
'Οτε δενδρεων ἐπ' ἀκρων



'Ολιγην δροσου πεπωκως,
Βασιλευς ὁπως, ἀειδεις.

2.

Σα γαρ ἐςι κεινα παντα
Χ' ὁποσα βλεπεις ἐν ἀγροις,
Χ' ὁποσα φερουσιν 'Ωραι,
Συ δε φιλιος γεωργων.

3.

Συ δε τιμιος βροτοισι,
Θερεος γλυκυς προφητης.
Φιλεουσι μεν σε Μουσαι,
Φιλεει δε Φοιβος ἀυτος.

4.

Το δε γηρας ου σε τειρει,
Σοφε, γηγενης, φιλυμνε,
'Απαθης, ἀναιμοσαρκε·
Σχεδον εἰ θεοις ὁμοιος.

IIII.

ΕΊΣ ΒΑΘΥΛΛΟΝ.

XII. c.

1.

Παρα την σκιην, Βαθυλλε,
Καθισου· καλον το δενδρον,
'Απαλας δ' ἐσεισε χαιτας
Μαλακωτατῳ κλαδισκῳ.

2.

Παρα δ' ἀυτον ἐρεθιζει
Πηγη *) ῥεουσα πειθους.
Τις ἀν οὐν ὁρων παρελθοι
Καταγωγιον τοιουτο;

*) lege πεγή.

V.

d. Pentasticha.

XVI. b. *)

1.

Συ μεν, Φιλη χελιδων,
Ἐτησιη μολȣσα
Θερει πλεκεις καλιην·
Χειμωνι δ' εἰς ἀφαντος,
Ἠ Νειλον ἠ' πι ΜεμΦιν.

2.

Ἐρως δ' ἀει πλεκει μευ
Ἐν καρδιῃ καλιην.
Ποθος δ' ὁ μεν πτερȣται,
Ὁ δ' ὠον ἐςιν ἀκμην,
Ὁ δ' ἡμιλεπτος ἠδη.

3.

Βοη δε γινετ' ἀιει
Κεχηνοτων νεοσσων.
- - - - - - - - - - -
Ἐρωτιδεις δε μικρȣς
Οἱ μειζονες τρεΦȣσιν.

4.

Οἱ δε τραΦεντες εὐθυς
Παλιν κυȣσιν ἀλλȣς.
Τι μηχος ουν γενηται;
Οὐ γαρ σθενω τοσȣτȣς
Ἐρωτας ἐκτροΦησ....

---

*) Corrigantur numeri in prolus. superiore p. 11. d) Pentastropha, (leg. Pentasticha) XIII, XIV. XV. XVI.



VI.

Carmen monocolon pentastichon.

XVI. c.

(Rejectis versib. 2 et 7.
Παρα Λημνιαις καμινοις
et Ὁ δ' Ἐρως χολην ἐμιςγεν.)

1.

Ὁ ἀνηρ ὁ της Κυθηρης
Τα βελη τα των Ἐρωτων
Εποιει, λαβων σιδηρον.
Ἀκιδας δ' ἐβαπτε Κυπρις,
Μελι το γλυκυ λαβουσα.

2.

Ὁ δ' Ἀρης ποτ' ἐξ αὐτης
Στιβαρον δορυ κραδαινων
Βελος ηὐτελιζ' Ἐρωτος.
Ὁ δ' Ἐρως, τοδ' ἐστιν, ἐιπε,
Βαρυ' πειρασὰς νόησεις.

3.

Ἐλαβεν βελεμνον Ἀρης,
Ὑπεμειδιασε Κυπρις·
Ὁ δ' Ἀρης ἀναστεναξας,
Βαρυ, Φησιν· ἆρον αὐτο.
Ὁ δ' Ἐρως· ἐχ' αὐτο, Φησι.

VII.

Carmen pentastichon monostrophon.

XVI. e.

Φιλω γεροντα τερπνον,
Φιλω νεον χορευταν.
Γερων δ' ὁταν χορευῃ,
Τριχας γερων μεν ἐςι,
Τας δε Φρενας νεάζει.

SECTIO TERTIA

Imitatores Anacreontis veteres, non quidem melioris, nec vero pessimae notae.

A.

D i c o l a

vacat.

B.

M o n o c o l a

et quidem

a) *Disticha.*

I.

Imitatio τȣ 25. (vel in Progr. priori, Nr. XIII. p. 11. Ὁταν πιω τον οἰνον.)

1.

Ὁταν εἰς με Βακχος ἐλϑῃ *),
Εὑδȣσιν αἱ μεριμναι·

2.

Δοκων δ' ἐχειν τα Κροισȣ
Θελω καλως ἀειδειν.

3.

Κισσοςεφης δε κειμαι,
Πατω δ' ἀπαντα ϑυμῳ.

4.

Ὁπλιζ', ἐγω δε πινω·
Φερ' εμοι κυπελλον, ὠ παι·

5.

Μεϑυοντα γαρ με κεισϑαι
Πολυ κρεισσον, ἠ ϑανοντα.

b) *Tristicha.*

II.

Imitatio odarii 13.

ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ.

(Rejecto versu 17. Και ςεμμα τȣτο χαιταις.)

1.

Ἀφες με τοις ϑεοισι
Πιειν. Πιειν ἀμυςι
Θελω, ϑελω μανηναι.

2.

Ἐκμαινετ' Ἀλκμαιων τε,
Χ' ὁ λευκοπȣς Ὀρεςης,
Τας μητερας κτανοντες.

3.

Ἐγω δε μηδενα κτας,
Πιων δ' ἐρυϑρον οἰνον
Θελω, ϑελω μανηναι.

---

*) Sic in editione Edinburgiana, apud Hamilton, Balfour et Neill. MDCCLIV. 16. p. 26. vulgo ὁταν ὁ Βακχος εἰσελϑῃ, sed contra metrum.



4.

'Εμαινεϑ' 'Ηρακλης πριν
Δεινην κλονων Φαρετρην,
Και τοξον Ιφιτευων.

5.

'Εμαινετο πριν Αιας
Μετ' ἀσπιδος κραδαινων
Την 'Εκτορος μαχαιραν.

6.

'Εγω δ' ἐχων κυπελλον
Ου τόξον, ου μαχαιραν,
Θελω, ϑελω μανηναι.

---

c) *Tetrasticha.*

III.

ΕΙΣ ΚΟΡΗΝ.

1.

'Η Ταντάλε ποτ' ἐςη
Λιϑος Φρυγων ἐν ὀχϑαις,
Και παις ποτ' ὀρνις ἐπτη
Πανδιονος χελιδων

2. (et forsitan 3.)
deest
(cetera ex anthologia male imitata.)

3.

'Εγω δ' ἐσοπτρον εἰην,
'Οπως ἀει βλεπης με'
'Εγω χιτον γενοιμην,
'Οπως ἀει Φορῃς με.

4.

'Υδωρ ϑελω γενεσϑαι,
'Οπως σε χρωτα λεσω.
Μυρον, γυναι, γενοιμην,
'Οπως ἐγω σ' ἀλειψω.

5.

Και ταινιη δε μαςων,
Και μαργαρον τραχηλῳ,
Και σανδαλον γενοιμην,
Μονον ποσιν πατειν με.

IV.

ΕΙ'Σ 'ΕΑΥΤΟΝ.

Carmen monocolon tetrastichon, rejecto v. 5.
Δοτε δ' ἀνϑεων ἐκεινε.

1.

Δοτε μοι, δοτ', ὠ γυναικες,
Βρομιε πιειν ἀμυςι'
'Υπο καυματος γαρ ηδη
Προδοϑεις ἀναςεναζω.

2.

Στεφανοις δ' ἐγω πυκαζω *),
Τα μετωπα με, 'πικαιω.
Το δε καυμα των Ερωτων,
Κραδιη, τινι σκεπαζω;

V.

ΕΙ'Σ 'ΕΑΥΤΟΝ.

Imitatio odarii 25.
Carmen monocolon tetrastichon.
(Rejecto versu 6. Μηδεν μοι και ὑμιν ἐςω.)

1.

Επειδη βροτος ἐτεχϑην
Βιοτε τριβον ὁδευειν,
Χρονον ἐγνων, ὁν παρηλϑον,
'Ον δ' ἐχω δραμειν, ἐκ οἰδα.

---

*) Sic fere esset corrigendum. Ceterum, addit Brunkius, odarion hoc mutilum est, nec qui fuerit poetae sensus, ex omni parte facile est assequi.

2.

Μεθετ' ἐν με, *) ὠ Φροντιδες;

Πριν ἐμε Φθαση το τερμα,

Παιξω, γελασω, χορευσω **)

Μετα τε καλε Λυαιου.

VI.

ΈΙΣ ΤΟ ΈΑΡ.

Carmen monocolon tetrastichon.

ecto versu 9. Τα βροτων δ' ἐλαμψεν ἐργα.
ut otioso.)

υ υ — ; υ υ — , υ — , —
υ

1.

Ἰδε πως, ἐαρος Φανεντος,

Χαριτες ῥοδα βρυεσιν.

Ἰδε πως κυμα θαλασσης

Ἀπαλυνεται γαληνη.

2.

Ἰδε πως κολυμβα νησσα!

Ιδε πως γερανος ὀδευει!

Ἀφελως δ' ἐλαμψε Τιταν'

Νεφελων σκιαι δονευνται.

3.

Καρπος ἐλαιας προκυπτει***)

Βρομιε ςεφεται το ναμα,

Κατα φυλλον, κατα κλωνα

Καθελων ἠνθισε καρποι.

VII.

ΈΙΣ ΈΑΥΤΟΝ.

Carmen monocolon tetrastichon.

(Rejecto v. 17. quem et celeberr. Degenius
male huc tractum opinatur.)

1.

Ποθεω μεν Διονυσε

Φιλοπαιγμονος χορειας·

Φιλεω δ' ὁταν ἐφηβε

Μετα συμποτε λυριζω.

2.

Στεφανισκες δ' ὑακινθων

Κροταφοισιν ἀμφιπλεξας,

Μετα παρθενων ἀθυρειν

Φιλεω μαλιςα παντων.

3.

Φθονον ἐκ οἰδ' ἐμον ἠτορ,

Φθονον οὐκ οἰδα δαϊκτην.

Φιλολοιδοροιο γλωττης

Φεῦγω βελεμνα κωφα.

4.

Στυγεω μαχας παροινες

Πολυκωμεες κατα δαιτας

Νεοθηλεσ' ἀμα κεραις

Ὑπο βαρβιτῳ χορευων.

---

*) Sic circa medendum.

**) Hujus odarii versus non sunt Anacreontis, sed politici plerique, ait Brunkius. Metricarum legum plane rudis fuit autor.

***) Versu praecedente Καρποισι γαια προκυπτει jam ex mente vir. cell. Brunkii et Degenii omisso.

VIII.

ΕΙΣ ἙΑΥΤΟΝ.

Imitatio non insulsa, sed serioris aetatis carm. 25.

1.

Ὀτ' ἐγω πιω τον ὀινον
Τοτ' ἐμευ ἰανθεν ἦτορ
υ υ ἀρχεται υ —, υ
υ υ — Μϐσας λιγαινειν *).

2.

Ὀτ' ἐγω πιω τον ὀινον
Ἀποριπτονται μεριμναι,
ΠολυΦροντιδες τε βϐλαι
Ἐς ἀλικτυπϐς ἀητας.

3.

Ὀτ' ἐγω πιω τον ὀινον
Τοτε λυσιπημων Βακχος
Πολυανθεσιν μ' ἐν ὡραις
Δονεει, μεθῃ γανωσας.

4.

Ὀτ' ἐγω πιω τον ὀινον
ΣτεΦανϐς ἀνθεσι **) πλεξας
Ἐπι θεις δε τῳ καρηνῳ
Βιοτϐ μελπω ***) γαληνην.

5.

Ὀτ' ἐγω πιω τον οινον
Εὐωδει μυρῳ †) τεγξας
Δεμας, ἀγκαλαις δε κϐρην
Κατεχων, ἀειδω Κυπριν. ††)

6.

Ὀτ' ἐγω πιω τον οἰνον,
Ὑπο κυρτοισι κυπελλοις
Τον ἐμον νοον ἀπλωσας
Θιασῳ γεγηθα †††) κϐρων.

7.

Ὀτ' ἐγω πιω τον οἰνον,
Τοδ' ἐμοι μονον το κερδος.
Τοδ' ἐγω λαβων ἀποισω
Το θανειν γαρ μετα ††††) παντων.

---

d. *Pentasticha.*

IX.

ΕἸΣ ῬΟΔΟΝ.

Rejecto v. 6. fere perverso:
Το ῥοθον Φεριϛον ἀνθος.

1.

Το ῥοδον το των Ἐρωτων
Μιξωμεν Διονυσῳ·

---

*) Versum tertium, ut vulgo editur: — Μϐσας λιγαινειν ἀρχεται una redundare syllaba facile intelligitur, quod, cum haec una stropha uno careret versu, suspicionem movere debebat, latere vitium apographi, sed non movebat, ne Brunkio quidem, viro in his rebus tantae sagacitatis. Bothe V. C. inde: Μϐσας ἀρετα λιγαινειν, qua quidem emendatione neo versus metro, nec stropharum rationi consulitur. Editio Edinburgiana (supra laudata) de suo ingenio fecit — Λιγαιν' ἀρ, εἶπε, μϐσας. sed aeque perperam.

**) In vitio esse textum metri causa, a nemine notatur. At qui medendum?

***) Vulgo, prorsus inscite, Μελπω βιοτϐ etc. forsan ex mente Barnesii.

†) Vulgo: Μυρῳ εὐδεῖ τεγξας etc.

††) Vulgo: Κυπριν ἀειδω.

†††) Barnes. Vulgo: Τέρπομαι contra metri leges. Edit. Edinburg. Θίασος μέτερψε κϐρων.

††††) Sic ubique, sed manifeste contra leges metri.

Το ῥοδον το καλλιφυλλον
Κροταφοισιν ἁρμοσαντες
Πινωμεν ἁβρα γελωντες.

2.

Ῥοδον ειαρος μελημα·
Ῥοδα και θεοισι τερπνα,
Ῥοδα τοις ὁ παις Κυθηρης
Στεφεται καλες ιελες
Χαριτεσσι συγχορευων.

3.

Στεψον ἐν με, και λυρισω
Παρα σοις, Διονυσε, σηκοις,
Μετα κερης βαθυκολπε,
Ῥοδινοισι στεφανισκοις
Πεπυκασμενος, χορευσω.

X.

ΕΙ'Σ ΔΙΟΝΥΣΟΝ.

Carmen monocolon pentastichon nullo versu rejecto.

1.

Τε Διος ὁ παις ὁ Βακχος
Ὁ λυσιφρων Λυαιος,
Ὁταν εἰς φρενας ἐς ἀμας
Ἐσελθῃ μεθυδωτας,
Διδασκει με χορευειν.

2.

Ἐχω δε και τι τερπον
Ὁ τας μεθας ἐραςας·
Μετα κροτων, μετ' ὠδας,
Τερπει με κ' Ἀφροδιτα
Και παλιν θελω χορευειν.

XI.

ΕΙ'Σ ΕΡΩΤΑ.

Carmen monocolon pentastichon, in fine strophae principis mancum.

1.

Χαλεπον το μη φιλησαι·
Χαλεπον δε και φιλησαι·
Χαλεπωτερον δε παντων
Ἀποτυγχανειν φιλεντα.
— — — —

2.

Γενος ἐδεν εἰς Ἐρωτα·
Σοφιη τροπος πατειται·
Μονον ἀργυρον βλεπεσιν.
Ἀπολοιτο πρωτος ἀυτος
Ὁ τον ἀργυρον φιλησας.

3.

Δια τετον ἐκ ἀδελφος,
Δια τετον ἐ τοκηες,
Πολεμοι, φονοι δι' ἀυτον,
Το δε χειρον, ὀλλυμεσθα
Δια τετον οἱ φιλεντες.

XII.

Ε'ΙΣ ΤΟΝ ΠΛΟΥΤΟΝ.

(Rejecto versu 9. ut superfluo.)

Imitatio τε 25.

1.

Ὁ πλετος εἰγε χρυσε
Το ζῆν παρηγε θνητοις
Ἐκαρτερεν φυλασσων,
Ἰν', ἀν Θανειν ἐπελθῃ
Λαβῃ τι, και παρεχθῃ.



2.

Εἰ δ' ἀδε τε πριασθαι
Το ζην ἐνεςι θνητοις
Τι και ματην ςεναζω,
Θανειν γαρ εἰ πεπρωται
Τι χρυσος ὠφελει με;

3.

Ἐμοι γενοιτο πινειν,
Πιοντι δ' οἰνον ἡδυν
Ἐμοις φιλοις συνειναι,
Ἁπαλαισιν ἐν τε κοιταις
Τελειν ταν Αφροδιταν.

---

e) *Hexasticha.*

XIII.

ΕΙΣ ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ.

Rejectis versibus 9 et 10:

Δι' ὀν ἀμπαυεται Λυπα
Δι' ὀν εὐναζετ' Ἀνια,

(glossa tantum imperiti autoris, nec quorum metro medelam afferre queas.)

et 23. Μετα και καλων γυναικων.

1.

Ἱλαροι πιωμεν ὀινον,
Ἀναμελψομεν δε Βακχον,
Τον ἐφευρεταν χορειας,
Τον ὁλας ποθευντα μολπας,
Τον ὁμοτροπον Ἐρωτι,
Τον ἐρωμενον Κυθηρης.

2.

Δι' ὀν ἡ Μεθη λοχευθη,
Δι' ὀν ἡ χαρις ἐτεχθη,
Το μεν ἐν πομα κερασθεν
Ἁπαλοι φερεσι παιδες.
Το δ' ἀχος πεφευγε μιχθεν
Ἀνεμοτροφῳ θυελλη.

3.

Το μεν ἐν πομα λαβωμεν,
Τας δε φροντιδας μεθωμεν,
Τι γαρ ἐςι σοι το κερδος
Ὠδυνωμενῳ μεριμναις;
Ποθεν οἰδαμεν το μελλον;
Ὁ βιος βροτοις ἀδηλος.

4.

Μεθυων θελω χορευειν,
Μεμυρισμενος δε παιζειν.
Μελετω δε τοις θελουσιν,
Ὁσον ἐςιν ἐν μεριμναις,
Ἱλαροι πιωμεν ὀινον,
Ἀναμελψομεν δε Βακχον.

XIV.

ΕΙΣ ΤΟΝ ἙΑΥΤΟΥ ὈΝΕΙΡΟΝ.

Carmen monocolon hexastichon.

(Rejectis v. 13 et 14. i. e. duobus extremis, ut superfluis:

Μεμονωμενος δ' ὁ τλημων
Παλιν ἠθελον καθευδειν.)

1.

Δια νυκτος ἐγκαθευδων
Ἁλιπορφυροις ταπησι
Γεγανυμενος λυαιῳ

Ἐδοκεν ἀκροισι ταρσοις
Δρομον ὠκυν ἐκτανυειν,
Μετα παρθενων ἀθυρων.

2.

Ἐπεκερτομεν δε παιδες·
Ἀπαλωτεροι Λυαιε,
Δακεθυμα μοι λεγοντες,
Δια τας καλας ἐκεινας.
Ἐθελοντα δε φιλησαι
Φυγον ἐξ ὑπνε με παντες.

Restant non nisi undecim, sed quae vel ea incude sunt formati, quibus nisi quis operam ludere velit, ut ait celeberr. Brunkius, nemo medicam admovebit manum, vel ita comparata, quae potius ad pictorium quam lyricum poeseos genus, quod vero voce esset canendum, referre debeas, hac ratione, ut eadem in strophas velle distribuere, vana esset prorsus et frustranea cura.

Prioris generis pessimaeque notae sunt

1) *Odar.* 18. Καλλιτεχνα τορευσον, miserrima imitatio odarii praecedentis, quod vero ante hos triginta tres annos fusius jam explanavi in scripto peculiari: *Zwey Anakreontische Lieder* (puta 17 et 18) *zergliedert und verglichen.* Leipzig, b. Gräff, 1790. 8. Consensere mecum viri doctissimi. v. Ephemeridas ejusd. anni e. c. Wirceburgenses, Lips. et c. (Confer: *Büchlings erklärende Anmerkungen zum Anakreon*, Leipz. 1803. p. 165 et 169, et 172 — 174.) In eandem fere sententiam scripsit *Tanegvidus Faber:* „Qui existimarunt, hoc odarium esse Anacreontis, alibi animum occupatum habebant, qui non viderint, omnia in numeris soluta, neglecta, denique nihil in eo esse, quod Anacreon, si vivat, suum esse agnoscat."

2) *Odar.* 32. Εἰ φυλλα παντα δενδρων etc. de quo idem Faber: „Haec ode est hominis plane recentioris et sane ineptissimi: certe Anacreonte plane indigna, meque adeo in eam quidquam dicere piget."

3) *Odar.* 34. Μη με φυγῃς, ὁρωσα etc. Metrum nullo modo ſibi conſtans, quod vel Baxteri argumentis male defenderetur. Vocem διωξῃς vero, quam et Tanegv. Faber notavit, Brunkio judice, plane contrarium eſt ejus, quod autor dicere voluit.

4) *Odar. I. in reliquiis:* Ἀνα βαρβιτον δονησω etc. de quo ſic *Baxterus* in epistola critica ad Barneſium: *)

„Satis mirari nequeo, tibi tali viro potuisse placere nequissimi nebulonis oden „in Apollinem etc. Illam tu ſuſtines praeferre vel ceteris melioris notae,

*) Fiſcheri edit. p. XLIX.

„non sine gravi judicii tui jactura. En autem exemplum egregium illius, quam „tu jactas, sublimitatis! Σχοφρων γαρ ἐςι κȣρη etc. Censen' tu decuisse liberale „Anacreontis ingenium hujusmodi convicium in pudicam Nympham Daphnen etc. „Nobis certe incutis ruborem.“

5) *Odar.* 29. Γραφε μοι Βαθυλλον ȣ̓ͅτω etc. ejusdem fere farraginis, modo versus 34 — 37. accurate expendantur.

Posterioris autem generis odaria, quae pictoria potius quam lyrica dixeris, haec sunt:

1) *Odar.* 6. Στεφανȣς μεν κροταφοισι.
2) *Odar.* 48. 'Ο τον ἐν πονοις ἀτειρη etc.
3) *Odar.* 49. 'Αρα τις τορευσε ποντον.
4) *Odar.* 50. Τον μελανοχρωτα βοτρυν.
5) *Odar.* 51. Στεφανηφορȣ μετ' Ἡρος.

nec Anacreontis ingenio digna, quae quidem sententia de quatuor postremis Brunkio quoque probatur, sequioris aevi esse haec carmina et Anacreonte prorsus indigna.

Reliquum proinde est unum adhuc, quod nescio an primum esse debuerit, odarium illud notissimum, quod ceu invitamentum collectionis Stephanianae in fronte est positum; Θελω λεγειν 'Ατρειδας. Praefari hisce versibus, dubium non est, sed utrum ab ipso Anacreonte, an collectore serioris aevi, fortassis ipso Constantino Cephala, sint profecti, haud facile est decernendum. Egregium sane videtnr odarium, at pungit hoc unum, cur vates heroïbus dimissis, nervisque totaque lyra permutatis nihilo secius heroica denuo sit cantaturus, Herculis labores? An hi ex genere sunt non heroico? si autem sunt: cur lyra mutata?

At nil decerno. Hoc potius si ita vis, uno excepto, cetera decem, ut vel non lyrica, vel Anacreonte prorsus indigna in perpetuum ab ipso secernamus.

Habes itaque, benevole lector, totum fere Anacreontem tuum lyricae suae naturae redditum, hoc est odaria omnino quadraginta octo in strophas quaeque suas distincta, quarum alia sunt disticha, hoc est binis versibus finita, alia tristicha, tetrasticha, pentasticha et hexasticha.

Disticha nimirum.

1. 'Ηριςησα μεν ιτριȣ (16. Λειψανα)
2. Συ μεν λεγεις τα Θηβης (16.)
3. 'Η γη μελαινα πινει (19.)
4. 'Οταν εἰς με Βακχος ἐλθη (26.)

Tristicha.

5. 'Ω 'ναξ πανδαματωρ 'Ερως (29. Λειψ.)

40. Χαλεπον το μη φιλησαι (46.)

Hexasticha

41. Τον ἀργυρον τορευσας (17).

42. Ἐγω γερων μεν εἰμι (38.)

43. Ἀγε δη, φερ' ἡμιν, ὠ παι (55.)

44. Θεαων ἀνασσα, Κυπρι (62.)

45. Ἐπι μυρσιναις τερειναις (4.)

46. Ἐρασμιη πελεια (9.)

47. Ἱλαροι πιωμεν οἰνον (41.)

48. Δια νυκτος ἐγκαθευδων (8.)

E quorum exemplorum luminibus et frequentia perspicies, me sic ante vicennium primo non temere jecisse, nec inconsiderate opus esse aggressum. Quod vero tandem ad finem ut perducerem non magis aetatis ratio quam valetudinis monebat. His itaque lucubrationibus mecum fruere, candide lector, et vale.

Quod reliquum est, ut instituti id exigit ratio, Viros, qui Regia autoritate rebus praesunt, Illustres et summe Venerandos, Urbis item Proceres et quotquot Musis favent rebusque nostris et juventuti erudiendae bene cupiunt, ea qua par est observantia rogamus, examina Gymnasii Regii anniversaria sua velint ornare praesentia. Instituentur illa, die XIX. XXII. et qui sequentur diebus proximis. Postremo Rector iis, qui laude a suis magistris censentur dignissimi, praemia dispertiet. Die vero XXVIfmo, lucis annuae quam sibi principem vitae habuit Rex noster Dilectissimus, celebrandae causa publice solenni ritu perorabit, D. Georg. Henr. Moser, Gymnasii Regii Professor P. O.

P. P. in Gymnasio Regio Ulmano A. d. XIX. Sept. MDCCCXXIII.

Corrigenda:

Mendas hasce typographicas, quae me absente irrepserunt, folii tertii, sed denuo recudendi, tantisper velim corrigas, B. L.

p. 5. lin. 4 post *septimo* ponatur comma.
lin. 22. pro σευ leg. συν
lin. 24. pro Stephaninae l. *Stephanianae.*
lin. penult. pro οἰνον l. οἰνου.
p. 6. lin. 6. pro genium l. *ingenium.*
lin. 9. deleatur *quod.*
lin. 19. legatur redi*gendos.*
